Deus qui unigeniti filii tui domini ihesu xpi precioso sanguine humanum genus redimere dignatus es: concede propicius: ut qui ad adorandam vivificam crucem adveniunt. a peccatorum suorum nexibus liberentur. p. e. Cornelij. Et cypriani. an.

Beatorum martyrum tuorum pariterque pontificum. cornelii et cypriani nos domine quesumus festa tueantur preciosa: et eorum commendet oratio veneranda. p. Invit.

Regem crucifixum dominum venite adoremus. ps. Venite. ymnus Signum crucis. In primo nocturno an. Et non ps. vj. p. lectiones et R. dicuntur de martyribus. Reliq. aut ultima tria de ✠.

Temporibus igitur decii cesaris: maxima persecutio orta est xpianis. Et precepit decius cesar ut clerici qui ubicumque inventi fuissent: sine mora punirentur. R. Absterget deus et c. l. ij.

Eodem autem tempore decius tenuit beatissimum papam cornelium cum universo clero eius. tamen plebis quam diaconibus. quem precepit centumcellis exilio deputari. l. iij.

Qui dum esset in exilio multi xpianorum veniebant ad eum et confortabant eum. Alii autem de carcere mittebant